

## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad  
Aduentum

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Dominica Nona Post Pentec.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

DOMINICA NONA  
POST PENTEC.

*Cor. 4.*  
propter onus, an honores: ob voluptates an difficultates? ad extrinendum, an destruendum? charitate motus an cupiditate: sed, *Sic vos existimet homo*, sacerdotes, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei Hoc, oblecto, cogitate, & tu popule Christiane parabolæ reminiscere.

Tu vero omnipotens Deus, cœli ac terræ conditor, summe elocutor noster & creditor, quem decipere nemo queat, at cui omnium actionum, verborum, cogitationumq; seuerare reddenda est ratio, nostri obsecro misere-re, teque clementem & benignum erga deli-cta nostra exhibe. Sumus eheu! villici illi i-niquitatis, gratiarum tuarum dissipatores, iniqui dispensatores, de quibus tam malus & inhonestus rumor in cœlum vsq; sparsus est; quos Angeli, dæmones, atque adeo creaturæ omnes quotidie apud Majestatem dissimilant & coargunt. Quid, Eheu! agemus? quid nobis fieri, quando nimis nobis ad locum rationum vocatis, virtus huius villicationem auferes. Tunc villicari amplius non dabitur, non mereri, non opera denique pœnitentia facere: tunc Sanctorum preces, gloriose Vir-ginis intercessio, Iesu Christi gratia interce-derit. Quamobrem nostri, oblecto, summe de vita-  
*Deo ratio-*  
*devita-*  
*deinde-*  
*da.*  
Index, cui reddenda erit ratio; magne posse-for, cuius villici sumus; æterne pater, cuius filii, miserere; rigorem noli ostendere, sed benigne ac suauiter nobiscum agas: & praes-ta, ut interea prudentiam & astutum villici huius imitemur, diuitiis iniquitatis inquam amicos nobis paremus, id est, è bonis, quæ saepenumero obesse solent & malum adfert, eleemosynas faciamus, pauperes nobis pro-pitijs reddamus, quo per eos aliquando in tabernacula æterna, in quibus beatitudinem nostram exspectamus, admitti merca-mur, ad quæ nos deducere digne-tur Pater & Filius & Spiritus sanctus. Amen.



Tom. 2 Pars Æstina.

- I. De efficacia & præstantia lacrymarum.
- II. De ierosolymitana clade.
- III. De eiusdem cladi causa & origine.
- IV. De lacryma Christi.
- V. De peccatis deplorandis.
- VI. De amore patriæ.

Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns ciuitatem fleuit super eam *Luc. 19.*

## FIGURA.

*Q*iamuis Mardochæus, equo regio, mul-tis purpuratis stipantibus, magna pompa & honore, per omnia urbis compita, Af-sueri regis iusu veheretur; Aman quoque regis intimus equum deducebas, præconis vice functus in clamaret: *sic honorabitur quæ-cumque rex voluerit honorare;* nunquam ta-men sanguinolentam illam aduersus popu-lum suum decretam sententiam qua omnes per regnum ubique sparsi Iudei paucis post diebus ad necem deposebantur, animo po-tuit eradere: cum enim ciues suos & conca-priuos plaudentes & sibi de triumpho co-gratulantes cœrarent, ut qui imponentem calamitatem & ruinam capiti certissime im-minentem ignorarent, ipse totus in lacrymas resolutebatur; ipse timentibus Hebreis, fletu madebat: suspirabat, ingemiscebatur, & albi-cantem illam barbam lacrymarum imbre, velut balsamo & malobathro Syrio irriga-bat. Et sane si quis eum tunc Iudeus lacry-marum causam interrogasset, cur inquam triumphi & iubiti tempore dolore confice-rotur amarissimo, haud inepte respondere potuisset, vestram calamitatem deploro fra-tres, urbis vestra excidium gemo, fletum oculis excutiunt imminentia vobis mala; fleo inquam, quod post hebdomas aliquot nullus omnino vestrum sit in viuiera Persi-de & Assyria futurus superstes. Hoc ipsum in hodierno Euangelio mihi quoque videre vi-

Z

deor:

deo: verus enim Mardochæus Christus, in dietumphi sui, die inquam, quo æterni illius Assueri, Patris caelitis, iusu, de mundo triumphum agit; urbem Ierosolymitanam magno honore & magnificentia ingressus, ciuibis cum læto iubilo & exultatione recipientibus, plaudenteribus, congratulantibus, concrepantibus, uberrime lacrymatur: tota ecce ciuitas gaudet & plaudit, solus ipse calamitatem vrbi imminentem præfigens ac præuidens, Mardochæi instar, irriguo lacrymarum imbre torus madeficit. Si quis autem fletus scire causam velit, respondebit profecto, *Quia venient dies in te, & circumdabunt te iniurie tuæ vallo.* Vrbis huius calamitatem & lacrymarum Christi causam latius deducam, simulq; Euâgeliū exponam, modo Spiritus S. adiut auxilium, & Deipara Virginis inuocantium patronæ patrocinium, quare salutationem Angelicam eidem, in genua prouoluti, recitemus.

## AVE MARIA.

## I.

Omnes omnino sancti Patres, ac veri Heracliti qui sanctarum lacrymarum quæ tum ob propria, tum ob aliena peccata effunduntur, dignitatem, decus, ac valorem aperuere, tam effusi in earum præconia fuere, atque easdem exulere, ut & hyperbolica elatione vñi, itaque ea quæ dixere, inter sententias diuinæ referri merito posse videantur. Castianus namque in primis, Magni Chrysostomi discipulus, ac deinde Massiliensis in Gallia hac nostra presbyter, qui temporibus Honori & Theodosii Iunioris vixit, dicere non dubitauit, fletum esse cibum animarum, corroborationem sensuum, peccatorum absolutionem, refectionem mentium, lauacrum deniq; culparum.

S. Bernardus domo Burgundus, religiosus pietate celeberrimus, qui anno Domini M. CLXII. Frederici Barbarossa temporibus decepit, maximus lacrymarum amicus ita in earum laudem sese effudit: *delicias Angelorum, inquit, sunt lacryma nostra, & delitabilis lacryma penitentia.* S. Hieronymus veroque longe prior tempore alia etiam maiora diuinioraque encomia lacrymarum celebravit, *ô lacryma, inquit, humilita, tua est potestitia, tuum regnum, tribunal iudicis non veris amicorum tuorum accusatoribus silentum impone, non est qui te accedere vetet, magis crucis diabolum, quam pena infernalis.* Quid plura, vniuersitas incredibilem, ligas omnipotenter, inclinans filium Virginis.

Beati igitur atq; iterum beati, quilachry-mis se dedunt, & flent immagunt, beatos quoq; hos olim pronuntiavit Christus, Beatus qui lugent, quantum ipsi consolabuntur. quod plurimis è sacra scriptura exemplis manifestum reddam. Beatus enim David rex fuit, quia fleuit, solis lacrymis scilicet adscribat, quod & vitam & regnum & coronam seruavit. Beatus quoque rex Ezechias, quia namq; fleuit, mortis in caput illius pronunciata sententia, ad quindecim annos, antequam executioni mandaretur, dilata fuit, de quo dicitur, *Conversus ad parvem fletu amare.* Beatus etiam Petrus Apostolus ob fletus & lamenta, singultus siquidem, suspiria & gemitus immo excisi corde, pristinam ei gratiam reddidere. Beata quoque ac nimium felix peccatrix illa notissima Magdalena, quod sacros Christi pedes iucundo lacrymarum balneo refecerit, his etenim animæ fordes, id est peccata, cluit ac purgauit.

Hinc Chrysostomus audaciam sumptus, Chrysostomus vt lacrymas secundum baptismum nominari: milij. m quenadmodum enim Sacramentum hoc a Matt. 4 Reg. 10. annas ab omni peccatorum macula purgat, & omne seclus quodammodo auerruncat, ita & lacrymæ. Hoc nempe innuere voluit Propheta Ieremias dicens, *Lava à malitia leprosum cor tuum ut salua sis:* perinde ac si dixisset: Messias quidem vniuersum purgabit mundum, omniaque hominum secura rubiendo sanguinis sui mari eluet; at nostrum quoque est, cordis perueritatem lacrymarum vada abstergere. Psaltes huc allusus dicens, *Tu contribulasti capita draconum in aqua: porro pro draconem illum peccatum intelligit, per capita vero peccata præcipua ac capitalia, e quibus alia pullulant, quæ omnia in sacro lacrymatum gurgite percunt & suffocantur.*

Cuius rei figuram credo, Pharaonis omnisque exercitus eius in mari rubro submersione & triste naufragium, Reversaque sunt aqua,

## In Psalm.

## Inferm.

Lachrymarum effectus.  
In Epist.

aque, & operuerunt curru. & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant lacrymæ mare, & unus quidem supersuit ex eis. funesto abroma. hocce infortunio, iam ab illo tum tempore, compa- designatum existimo, in rubro lacrymarum mari Satanam Pharaonem illum internalè, atque omnes Ægyptios, id est, peccata, tandem aliquando naufragium passuros. Beati igitur ac millies beati, qui gemunt & su- spirant; quidquid enim in lacrymis semi- nant, cum gaudio & exultatione procul- dubio metent: nam, teste Psalmographe, qui seminavit in lacrymis, in exultatione me- tent.

*Ibid.* David Philistæorum olim terror, & prin- cipium omnium miraculum, cum probe la- chrymarum vim & energiam perspectam ha- beret, cum Deo agens clamabat: *Sursum principi lacrymas meas.* ob quas deinde exau- ditas siebat: *Posuisti lacrymas meas in con- spectu tuo;* quo alij legunt: *Lachrymai meas reponere in ventrem tuum:* hinc liquidoappa- ret, quantopere lachrymæ placeant Deo, cum in intimo diuinæ essentia finu recon- dantur. quid? lachrymæ colorum sunt ia- nitries, peccatorum interpres, penitenti- um patronæ, Dei amicæ, pietatis tubæ, san-ctorum desideriorum inuentiva, deniq; po- nitentia fulcra: in mundo quoque habitare solent, qui propterea vallis dicitur lacry- marum. Ille porro sapit, & omnibus numeris perfectus est, qui eisdem hic usurpat, & dum opus est, adhibet.

*Ibid. 12.* Iephtes filia à patre postulauit, ut bim- striante mortem per montes & solitudines sibi liceret cum æqualibus & sodalibus, ad virginitatem quæ violenta morte abri- retur, deplorandam, diuagari. Sanctus quoque Iob eodem respiciens, dicebat: *Di- mitte me,* ut plangam paululum dolorem me- um, antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebrosam & opertam mortuæ caligine. Et Regius vates: *Quoniam aduena ego sum & peregrinus, remittit mihi ut refrige- rer, priusquam abeam, & amplius non ero; re- frigerer, inquam, lacrymis.* Disce hinc, viros illos sanctissimos, vita prolongationem a- liam ob causam non postulasse, quam ut interea lacrymis vacarent, scientes esse

sibi propediem motiendum: peccatores ta- men & impij nonnisi ut delicta consecre- tur, risu & gaudio disfluant, vitam diffiri petunt.

*Ibid. 13.* Israëlitæ dum in ignotam & alienam se abductos prouinciam, & procul à patria constitutos cernerent, de salicibus & ar- boribus sylvestribus organa suspenderunt, & nunquam induxere auim cantare ro- gati à Babylonis, sed noctes & dies conti- nuos lamentabantur. audire ut de se testen- tur: *Super flumina Babylonis illuc sedimus & Psal. 136. fleimus dum recordaremur tui Sion, in salicibus suspendimus organa nostra.* Hic discere Mundus licet, nobis qui haud procul à torrentibus terra la- & fluviis Babylonis mundi huius vivimus, cymaru.

& in regionem incultam & sterilem recla- gati sumus, omne gaudiorum genus, omnes delicias & risus, in mundo hoc esse repu- diandos, sed è contra lachrymas, ad cœle- stis patriæ recordationera, vberim effun- dendas.

Atque ut Rex Babylonius organa & in- strumenta musica habebat, quæ mox vrau- diebât idolatriæ, coram statua proni ad o- randum procidebant: at veri Israëlitæ nun- quam vel genu flectere, vel aures sympho- niæ applicare voluerunt; ita suum mundus symphoniam habet, suas delicias & volu- ptates, quarum ad sonum impij & cosmó- philigeni flectunt, scelerum ac deliciarum ineptiarumque statuas adorant: veri autem Hebrai, & cœlo destinatæ animæ est, va- uitatem hanc non adorare, nec ad sympho- niæ & crepitaculorum illius concentum tripudiare & effetti, sed noctes & dies lu- stri indulgere, regem illum Hebreum imi- lectum meum, lacrymis meis stratum meum ri- gabo.

*Ibid. 39.* Angeli, nunti illi cœlo in Ierusalem pri- usquam circa mundi finem excinderetur, destinati, prout Ezechiel refert, iussi sunt notare & segregare eos, qui in lacrymis vi- citaret, *Ite per Ierusalem & signate omnes qui Ezech. 9. lugent super iniquitates, quæ sunt in medio Ie- rusalem.* In quo duo occurunt notanda, pri- mo lacrymas ad beatitudinem plutimum momenti adferre, & solos illos ad gloriam

scitantes qui lacrymis incumbunt: deinde, aliorum peccata deplorare evidens esse prædestinationis argumentum, & futuræ beatitudinis arrha. quibus de meo ad junxero, nihil in mundo maioribus & vberioribus lacrymis deplorandum, quam rerum spiritualium damna, qualia in primis nostra peccata sunt, & simul aliorum.

<sup>2. Paral. 14.</sup> David rex cum gentes quasdam idolatria infames bello persequeretur, illæque fusa fugateque idola deferuerint, rex quo erat in Deum verum affectu, eadem flamnis adjudicauit, *Dere liqueruntque ibi deos suos, quos David suffit exuri.* Rogat in questionibus suis Augustinus, cur David idola exusserit; & ait, consulto id factum, quod gentes illæ lacrymis numina velut holocaustis placarent. æquum porro est & rationi contentaneum, idola quibus lachrymæ immolabantur, exuri & in cineres redigi, cum soli Deo regium hocce sacrificium debeatur. At nimis fortasse multa, & plura quam exordij ratio postulet; & ipse pluribus de lacrymis agere nequeo, quin in lacrymas resoluam, cum Saluatorem meum Christum hodie videam illacrymantem, hoc scilicet hodiernum præfere Euangelium: *Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam, vt lugubrem hancce materiam ordine debito prosequar prima concionis parte de tristi & funesto Ierosolymorum excidio, arque altera de lacrymis Christi locuturus sum, at dum me accingo, vestras etiam in promptu habetote.*

11. Quod ad primam attinet. Sciendum est Vrbris Ie- vrbem Ierosolymitanam, tribus Beniamini- ro-solymi- ce caput, & totius Iudææ metropolim, di- tana: de- ueris pro diuero tempore nuncupatam scrip- fuisse nominibus: tempore enim Abraham dicta fuit Salem & Solyma, prout restatur

<sup>Lib. 1. An-</sup> Iosephus: deinde Iebus, vt è capite 18. Ioseph. 18. & 19. Iudicum videre est. tandem per lib. 7. c. 3. Iudaeum capta expugnataque Ierosolymæ nomen est adepta. Situs porro eius per egregius, salubris & amoenus; monti quippe insidebat, & duobus collibus leniter asurgentibus hinc iade cingebatur, in quo-

rum altero nomine Moria, regium & splendidum illud templum à Salomone fuit exstructum; in altero vero arx & filia Sionis. Descriptis illam accurate Iosephus, ac p[ro]l[ati]o[n]e libro 6. de rima in illius celebrationem adfert, atq[ue] in bellis 6. ter cetera, tantam in ea, paulo antequam deuastaretur, hominum fuisse multitudinem, ut ducenta hominum complexa sit millia.

Varias porro ob peccatorum ibidem inuolentium fœditatem, clades experta est, ac s[ecundu]s s[ecundu]s diuastata; modo à Regulis Syriae, modo à Babylonis & Chaldaeis, modo etiam à Romanis. Diripiit eam Antiochus, Nabuchodonosor euerit, denique Titus Vespasianus penitus excidit: quod excidium H[ab]egesippus Iudeus natione, qui historiam iam inde ab Apostolorum per orbem prædicatione, usque ad annum Christi CXXX, conscripsit Ecclesiasticam, accurate & fideliter enarrat: item Eusebius Caesarea Palestina Episcopus, linguarum cognitione, historiæ part. lib. notitia, & omnigena scientia celebris, quiq[ue] initio quidem, vt Hieronymus testatur, A- Tem. 5, riaporum partes tenuit, atque ideo nonnulli pag. 30. quam Arianorum dictus est coryphaeus; sed qui postea orthodoxorum castra fecutus, Niceni Concilij tempore, symboli etiam auctor & concinnator meruit appellari, verum ceteris & copiosius & eleganter ipse Iosephus Iudeus, Sacerdos, qui temporibus Imp. Vespasiani & Titi vixit, & viginti libros de Iudaica Antiquitate, & de bello excidioque 6. cap. 1. di septem eleganter conscripsit; in primis notat, tempore obsidionis Titi, vnde dies centena hominum millia tum peste, tum fame, tum præsertim gladio in vrbe Ierosolymitanæ perisse, & nonaginta septem millia diuidentia, idque pretio adeo vili & exiguo, vt triginta nonnulli uno vñierint denario, ut olim triginta denariis vnum vendirent Christum.

Iusta hæc nequissimæ gentis clades ac ruina s[ecundu]s ac longo prius tempore à Prophetis prænuntiata legitur, dixit siquidem Psalmographus: *Fiat habitatio eorum Psalm. 68. deserta,* & in tabernaculis eorum non sit qui in habitat; item Daniel: *Et ciuitatem eius an- dauerum dissipabit populus,* cum duce veniuro, & finia

*E* fuit eius vastitas, & post finem belli statuta desolatione. Ipse quoque initio Prophetiae Isaiae: *E*t relinqueretur filia Sion, umbraculum in vineas, sicut tugurium in eu umerario, & sicut ciuitas que vastatur. Christus in Euangelio idem Iudeis comminatur: *E*cce relinqueretur vobis domus vestra deserta; ipsum Deus item emblematico denotauit, nam destructionem hanc urbis Ezechieli ostendere cupiens, latenter ut acciperet, iussit in eaque varias depingeret imagines, & imprimis urbem Ierusalem, & circum eam genuinam castrorum formam, adderet tympana, vexilla, cornua, buccinas, fossas duceret, mœnia, munitionesque exstrueret, propugnacula & valla erigeret, bellicas applicaret machinas, scalas muris admouerer: quibus omnibus triste ac lugubre urbis excidium & ruina prænotabantur: & quamvis multi hoc interpres de obsidio urbis per Chaldaeos facta intelligent, Rupertus tamen Tuitiensis, apertissimis rationibus demonstrat, de vltima haec clade, quam Titus & Vespasianus pater intulere, idque in mortis Salvatoris illatae vindictam vltionemque intelligi debere.

*P*orro notabilis haec ruina fuit, tum ob ci-  
tium internectionem, tum ob urbis floren-  
tissimæ euerctionem, tum vero ob templi ma-  
gnificentissimi destructionem; cuius templi  
tanta erat maiestas & splendor, tantaque  
fama, ut Hebrei, teste Galatinus, ipsum pro-  
uerbi more, *hortum fructuum aurorum* dicere non dubitarint. qui quidem hortus ar-  
boribus feracibus refertilissimus esset, que  
poma aurea producerent, sed que ventus  
deuississet. qua allegoria aliud denotare non  
cupiebant, quam magnam diuiniarum ab-  
undantium, quas in hocce reperiire erat tem-  
plos omnia liquidem auro mundissimo co-  
opera erant, & arte diuina cōstructa; at Na-  
buchodonosor aliiq; ita ipsum diripuerunt  
& spoliarunt, vt non nisi hortus videretur,  
cuius fructus belli turbo deiecisset ac diss-  
passe.

*T*anta vero fabricæ huius splendor erat  
ac magnificentia, vt, Hebreis ē Babylonica  
reveris captiuitate, cum ipsum restauraretur,  
iuvenes quidem gaudio & lætitia effe-

rentur, seniores vero & ætate prouæctiores  
vbertim lachrymarentur, dum nimis re-  
cordarentur quanta prioris fuisset molis di-  
gnitas simulque viderent quid secundæ de-  
cesset. notat autem Galatinus, quinque tem-  
plo secundo potissimum defuisse, in primis ornamen-  
tum illum sacrum, qui celo olim descen-  
ta præci-  
derat, quiq; perpetuo in altari coram propria tem-  
pli ardebat, arcam deinde testamenti, pli Salo-  
summi Pontificis rationale, oleum vnoctio-  
nem, & Spiritus sancti responsa consultaque.  
Alij vero hæc aliter recensent, defuisse nimi-  
rum Arcam, Mannæ vrnam, Aaronis virgam,  
illius flores & amygdala, & velum, quo Phi-  
listæ arcam cooperuerant, dum illam in Is-  
raël remitterent.

*N*on fuit ruina domus illius Euangelicæ, *Math. 7.*  
de qua Matthæus & Lucas: *E*t cecidit & fuit *Luc. 6.*  
ruina illius magna; at urbis integræ pluri-  
marum ædium, in qua non manst lapis su-  
per lapidem, sed quæ ad fundum usque de-  
structa & diruta fuit. ita namque prædixerat  
Vates regius, de Idumæorum feritate lo-  
quens: *E*xinanite, exinanite, uisque ad funda-  
mentum in ea: hodie Redemptorem prenun-  
tiantem audire est, *V*enient dies in te, & cir-  
cumdabunt te inimici tui vallo, & coangusta-  
bunt te undique, & ad terram proferent te,  
& non relinquent in te lapidem super lapidem.  
*S*ed tanquam cœcitas est & caligo, vt ne-  
mel de fine & exterminio tuo cogites, nec  
follicita sis, quasi cognouisses & tu, id est, *V*ti-  
nam nouisses, quasi dixisset, *V*tinam ita per-  
specta haberes mala & calamitates, tibi pro-  
pediem instantes, vt ipse easdem habeo per-  
spectas, mecum profecto fieres, & fortunam  
quam deploro, mecum proculdubio plora-  
res.

*S*oler pax ac rerum mundanarum prospe-  
ritas futurorum matorum obliuionem gi-  
peccato-  
gnere; & peccator, quamdiu blando fortu-  
na vultu aridet, calamitates cernici impe-  
dentes, diuinamque vltionem & suppli-  
cia quæ peccando promeruit, & in foribus tur-  
stant, non conspicit aut ponderat. Phrene-  
ticus quo maiori ac periculosiori vesania  
laborat, & morti propriæ est, eo ridet effu-  
sus & sèpius, amicis & circumstantibus ca-  
sum illius ingemiscensibus: ille quoniā  
mali

mali grauitatem ignorat, ridet & cachinna-  
tur; hi quoniam quo in statu veseretur norūt,  
suspirant & lachrymantur: ita quoq; impius  
& fœlestus, quo diuinis iudicis fit vicinius  
ac propior quo & magis voluptates ambit,  
frequentiores deliciae: conlectatur, magisq;  
de infidem somnati; iustis interea amaritissime  
plangentibus, animarum pastoribus lamentan-  
tibus, & Angelis suspirantibus. Interim  
dum Israël plenis in deliciarum oceano ve-  
lis vagabatur, cœlestesque minas oblitus v-  
tramque in aurem securus dormiebat; Iere-  
mias futuram & impendentium calamita-  
tum præscius, vberim lacrymabatur, & mi-  
seram eius dolebat fortē, *sordes eius in pede-  
bus eius, nec recordata est finis sui.* Ita quoque  
Dominus, interea dum Ierosolymitani ri-  
dent, plaudunt, tripudiant, risu, iocis & vo-  
luptatibus tempus transfigunt; dolet, suspi-  
rat ac gemens ait: *Non reuinquent in te lapidem  
super lapidem.*

Prophetarum veterum futura mala & in-  
stantes miseras denuntiare volentium, quo  
eisdem profundius omnium cordibus in-  
sculperent, & ad oculum quodammodo re-  
præsentarent mos erat, non verbis modo &  
oratione ad permouendum accommodata,  
sed etiam signis extiñsecis & gestibus nouis,  
& exotico quodam schemate eisdem expri-  
mere. Atq; hinc Isaías captiuitatem Assyriā  
denuntiaturus, denudatus & nudipes per vr-  
bem Ierosolymitanam incedit. Ieremias Ba-  
byloniorum crudelitatem, prædicturus, fer-  
rea collum grauatus catena per plateas ob-  
ambulat. Ionas quoq; à Deo nuncius missus  
ad Ninuitas ad eorum calamitatem denun-  
tiandam, nudus vrbem ingreditur, atque eo  
schemate quo eum eiecerat balena. & post  
illos Iesus Christus, oculos lachrymis suffu-  
sus, & vultu ad tristitiam composito, Ieroso-  
lymitanam euerionem prædictit ac prænun-  
tiat, vt hac ciues ratione ad pœnitentiam al-  
liceret, & ad salutis studium excitaret; neq;  
enim animarum gaudent ruina & perditio-  
ne; &c, vt Sapiens ait: *Non latatur in perditione  
vbiuorum.*

*Thren. 1.*

*Isai. 20.*

*Ierem. 27.*

*Ion. 3.*

*Sap. 2.*

Punit vr-  
bes & re-

Adducam & alia quæ maiorem vobis vti-  
gna Deus litatem haud dubie allatura fuit. Ex hoc lo-  
ob pecca- co colligere poterimus, cum Deum, familias,

vrbes, prouincias, regna denique integra ca- ta publi-  
stigare & punire, cum peccata publica sunt ca-  
& ipsa impune habent: ita propter detestan-  
das celera Sodoma, Gomorrah, & finitima  
ciuitates, pentapolitatum territorium sul-  
phureo imbre consumpta sunt. Hinc Sam-  
aria penuria comeatus laborauit, vniuersa  
terræ superficies diluuiuio perit, & iam re-  
center vrbis Ierosolymitana in Romanorum  
potestatem redacta: semper enim vindictam  
postular peccatum, & cum mundus ipsi im-  
putatatem concedit, tum Deus seuere ad-  
modum & rigide in ipsum animaduertit, &  
vlicscitur.

*Non relinquent in te lapidem super lapidem.* III.  
Hoc è loco doctissime ac solidissime proba-  
re conatur Angelicus doctor Thomas, me-  
ritorum præscientiam nulla ratione præde-  
stinationis causam dici posse; merita enim  
prævisa, velut effectus, in prædestinationis  
gremium cadunt. Hoc quidem sic se Peccata  
habere fateor, ipsa tamen peccatorum praereproba-  
notio vera reprobationis causa est, quod tiosis  
pœnam impis præparatam, in quantu Deus causa  
impiorum ob scelerum grauitatem, quæ vera  
eorum perditionis ratio est ac fundamen-  
tum, (vnde Oseas: *Perditio tua ex te Israël, Capili-  
tantummodo in me auxilium tuum*) punire sta-  
tuit. Iuxta hanc doctrinam Deus Ierosoly-  
mæ peccata præuidens, eiudem clade præ-  
dicit, prædicensque lacrymatur, quod aimi-  
ruim ab inimicis, qui bestiis truculentiores  
sunt, deuastanda sit; de quibus Oseas lacry-  
mans ait: *Concedet eam bestia agri, & visitabo Oseas  
super eam dies Baalim: quibus accendebat in-  
censum.* Notate porro, quibus nominibus  
milites vrbem vastantes appeleret, neque e-  
cùm solo inimicorum eos compellat nomi-  
ne, sed bestiarum, & ipsarum etiam filiostri-  
um, ferarum perque filias diuagantium,  
quæ cæteris esse solent ferociores atrocio-  
resque. Eadem metaphora vñs est, & David  
dicens: *Ne tradas bestias;* i. e. Barbaris & cru-  
delibus, animas cœsentium tibi; quæ verba  
Paraphrasis Chaldæa sic transtulit: *Ne tradas  
populus similibus animalibus filiostribus animas  
discentium legem tuam.* Ipse quoque Deus a-  
pud Ezechielem milites Pharaonis regnum Ezch. 39:  
cuersuros, bestiis contulit, bestias terra dedi-  
git ad

*te ad deuorandum. Et sane ferinum est, & magna crudelitatis argumentum, nō relinqueret lapidem super lapidem.*

*Non relinquent in te lapidem super lapidem.*  
Christus ut verus erat homo, verus quoque Deus fuit, atque ideo sancta eius anima in diuina illa essentia omnia quae in iniqua Sodoma siebant peccata conspiciebat; perfecte nouerat omnem ambitionem, impietatem, aliaque grauias sceleras, quae ab omni hominu genero patrabantur. Videbat inter sacerdotes, alios esse ignatos & legis diuinæ nescios, alios honorum cupiditate excæcatos, alios ē sacrificios & sacris abutentes. Videbat inter magistratus & reipub. præfectos alios concusionarios, alios auaros, alios viduarum & pupillorum negotiis postpositis, imo depravatis, solis fauere ditoribus. Quæ omnia cum videret in lacrymas totus resolutebatur, Prophetam Sophoniam imitatus qui longo ante tempore prævaricaticem Ierusalem, eiusque enormia scelera deplorauit, *Va provocarix & redempta ciuitas! principes eius in medio eius, quasi leones rugientes; indices eius, lupi; usq[ue] re non relinquebant in mane: Propheta eius vestant, viri infideles, sacerdotes eius poluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem.* Et sane quo vrbes maiores & latius patentes, quo & vitia frequentiora & magis obvia.

Non inscite mihi propterea dixisse visus est Amphides, dum vrbes esse dixit theatra in quibus tristes assidue casus & tragica infelicitas dramata repræsentantur; huc quoque facit secum responsum Strathonici Atheniensis; hic cum Heraclea esset egressus, vrbis ceperit portas & muros accurrius intueri, q[uod] cum alias videret, rogaretque quorundam ita respiceret, statim ait, *Pudet si videar exire è lapanari; tacite magnam Heracleotarum dissolutionem, morumq[ue] corruptelam suggillans.* Constat autem, nullam vnam in orbe reperitam vrbem, quæ cum Ierosolymana, quoad sceleras & abominationes potuerit comparari. Erat quippe ciuitas, absque mutua ciuium concordia, sine iustitia, sine villa legum observatione, immritis, merum vitiorum chaos & colluvias.

Veteres Saxones, vti curiose notauit Io-

annes Goropius Becanus, vt sub hieroglyphico, tempore laudabiliter administratam, 685. legum observatione insignem & iustitiam obseruantissimam exprimerent; statuam finxere, cuius nomen tribus concludebatur verbis, *Her Man Sal*, cui & hæc epigrafe addita, *Dens ego genitus Saxonum viciorum certam pollicor vinerantibus.* Erat hæc statua à capite ad calcem armata, solo pectori inermi, manu dextra vexillum præferebat diuersicolor, cuius in medio rosa velut symbolum; sinistra bilancem, & iuxta ilam vrsus, clypeo vero leo erat insculptus. Abstrusa profecto mysteria, quorum expositione etiam non minus admirabilis, tria autem verba illa superius enarrata, tantumdem valebant, ac *communis v. vorum conservator, Her namque communis, man vir, & sal conservator denotat.* Significabat autem, absolutam reipubl. conseruationem in iis omnibus quæ statua præferebat consistere; primo vt arma habeat, quibus inimicorum impetus propulsset, eorumque molima nia impeditat: nam vt tempore reipubl. arma ad inimicos externos arcenos habere conuenit, ita quoque consilia & sapientum directio nes ad vitia quæ hostes domestici sunt, extirpanda. Nudum vero pectus denotabat, non esse cum furore & rancore inimicos expugnandos: Vrus vero & leo diuera denabant, vt nimur Leonem se gerat princeps erga externos, at erga domesticos vrum. Ceterum duo de vro mirabilia tradū. Duæ vris tur, primum quod catulos suos præ ceteris proprie diligat animalibus; alterum quod maximas tates, etiam feras mirabiliter artificio expugnet. nam; vt Plinius ait, *Pugnaturi contra tauros supini Lib. 8. c. 36.* iacent. Pugnat scilicet oculis in celum directissima quoque respubl. solo amore ciuium inducta & humanis exclusis respectibus, & oculis in vnum celum sublati, nullum periculum subterfugiat, auxilium & opem cœlitus expectando. Vexilli variegatio concordiam rectorum reipubl. in illius conseruatione ac defensione designat: liceat enim unus huius sit coloris, & alter alterius; id est unus alterum dignitatē præcellat, sub uno tamen omnes vexillo conueniant oportet ad rem tuendam, & mortem pro eiusdem in colu-

columitate & salute opperendam, idque ex  
mero & sincero quo erga eam feruntur amo-  
re, cuius rosa symbolum. Iam sola exponen-  
da restat bilanx quæ ipsius genuinum hiero-  
glyphicum est iustitiae, quæ denotabatur  
vnum reipubl. administri studium esse debe-  
re, punire improbos & pæmiis afflicere pro-  
bos. Quæ omnia vbi concurrūt, felix respub.  
dicenda est; & misera & infelix, dum quid  
horum defuerit.

vestrum conspirasse; Angelos inquam ho- Peccatum  
mines & dæmones: & omni ratione eniti, vo- plus an-  
bis vt detrimētum aliquod adferant; omnes ma noet  
profecto in vnum conglobati agmen, tantam quam oī  
vobis vnitis viribus inferre pernicem non creatur.  
posse, quantam vnicum dum animam sub-  
ierit, peccatum. Addo quin etiam, si Deus  
ipse infinito vos odio prosequeretur, & o-  
mnem suam in vos iram & indignationem  
effunderet, & potentiam infinitam adver-  
sum vos exerceret, omnia quoque quæ ab-  
soluta & plena potestate cœlo dimittere po-  
test mala, in caput vestrū euibraret; num  
quā tamē tantum vobis detrimentū affe-  
re posset, quam vnicum, quod facile admittit,  
peccatum.

Quod ita probo. Si vniuersi mundi inco-  
la sumtis armis aduersus hominem insig-  
nat, omniaq; tormentorum afflictionum  
que genera, quæ excogitari aut singimē  
queant, in illum exerceant, ipsum quidem  
nonnisi malum pœna foret, licet graui-  
mum, vltius tamen progreedi non possent,  
aut maiora reperire, (malum enim culpæ &  
peccatum, animæ immittere non vale-  
rent;) ita nec Deus omnia potentia sua vela  
euibrans: eamque vsque ad summum gaudi-  
um distendens, nonnisi malum pœna after-  
re posset, (non enim potest peccati esse au-  
tor vel mali culpæ origo;) cum diuinæ bo-  
nitati quam maxime repugnet sceleris cau-  
sam esse, peccatum liquidem adeo diuinita-  
ti aduersatur, & vt ipsa quidem natura al-  
sumpta mori potuerit, at non peccare. Si  
enim peccare posset, desiceret tandem, &  
ad nibilum redigeretur, atque ita Deus no-  
est, vt qui ab æterno est æternus, & for-  
mam habet æternam, de quo Psaltes ca-  
nit, Tu autem idem ipse es, & anni tuini defi-  
cient.

Quæstionem hanc tangens Angelicus  
Thomas, tandem ita concludit, Malum 149.4.  
culpæ cunctis partibus maius est omnimalo-  
ne, nec tantum pœna mali sensibilis, sed & mo-  
lo damni, quod est carentia diuina visionis,  
quod malum infinitum dicitur, quia bono tri-  
nitat infinito. Conclusionem autem suam Nihilpec-  
cato confirmat, quod culpa hominem simplici-  
cato penitentia & absolute improbum reddat, non vero  
pena

*Vt refert.*  
*Man.*  
*Rom. cap.*  
33.

*Iffai. 1.*

Peccatum  
animæ in-  
gentem  
ruinam  
adferit.

Insignis  
meditatio

Ruina hæc allegorice illam denotat,  
quæ in anima peccatum facere solet: tan-  
ta quippe est animæ, in quam peccatum  
tyrannidem exercuit ac dominium, vastitas  
& ruina, vt non maneat lapis super lapi-  
dem, & nihil integrum, fundamenta ipsa  
concuriat, hominem in nihilum redigat,  
& spiritus ædificium penitus disiciat ac de-  
struat. Audite vt hanc ruinam Princeps ille  
Israel in se expertus ingemiscat: Ad nihilum  
redactus sum, & nescius. Vnicum peccatum  
maiora adferre animæ mala; maioremque  
edere ruinam solet, quam si omnes creaturæ  
in illius pernicem conspirassent. Cogitate  
yobiscum & statuite, omnes omnino crea-  
turæ, quæ vel in cœlo, vel in terra, vel etiam  
apud inferos sunt, nescio quo rancore & in-  
vidia extimulatas in ruinam exitiumque

Quæ  
Ch  
se  
la  
He

pœna nec supplicium. E quibus omnibus potuit. Ita quoque Redemptor noster vila colligere est, quantum detimenti ac perniciem animæ afferre peccatum soleat, adeo ut non maneat in illo super lapidem lapis, super virtutem virtus, super meritum meritum, denique non opus super opus, sed omnia radicibus & funditus destruantur, & fundamenta tenus, quod est fides Christiana, que post animæ excidium sola inuiolata & integra perseverat, cuncta cuelluntur; peccataque ibidem agant quod olim Babylonii Ierosolymæ, quibus dicitur, *Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.* atq; hoc uberrimis deplorandum est lacrymis; quod re ipsa hodie Christus declarauit, qui vbi propinquans lachrymas continere non potuit, sed cum appropinquaret Ierusalem, videntis ciuitatem fleuit super illam. Hasce lachrymas iam excutiens, & ita ad alterum concionis membrum deuoluemur.

IV.

Christus igitur ultimam suam Ierosolymam, versus profectio[n]em in Dominica palmarum instituens, quam primum vi in oculos ipsa rebellis vrbis mocnia domusque venere, & minus eandem conspicatus est, illius cladem, quam Titus & Vespasianus pater eidem, ob Dei vnigeniti necem intrulerunt, præfigiens, simulque prævidens, quot calamites, ærumnae, mala ceruicibus ciuium impenderent; dolore tactus intrinsecus, & sorte miseratus inquam lacrymas effudit: quibus ostenderet, quantam sibi tristitiam ac dolorem dilecti sibi loci & populi excidium, causaretur. *Videns ciuitatem fleuit super illam.* Quater autem dominum in vita fleuisse comporio, ut ex Euangelihi storia fier manifestum; primo in nativitate, nam primam vocem similem omnibus emisit plorans. Deinde in Lazari ad vitam resuscitatione: *Lacrymatus est Iesus.* Tertio cruci confixus, vnde Apostolus: *Cum lacrymis & clamore valido exauditus est.* denique hocce loco, vrbem Ierosolymitauam cum conspicret, *Videns ciuitatem fleuit super eam.*

Marcus Marcellus, vt Valerius refert, capitale Syracusis in arce earum constituit, vt vrbis modo opulentissima tunc afflictæ fortunam exalto cerneret. Ceterum lugubrem casum eius intuens, fieri cohibere non

Tom. 2. Pars. Æstiu.

potuit. Ita quoque Redemptor noster vila hodie florentissima illa Ierosolymorum ciuitate, eiusque cladem sibi representans, & excidium deuastationemque vrbis eminus conspicatus, vrbis inquam pulcriter ac celeberrimæ, tantum intrinsecus dolorem & amaritudinem sensit, vt lachrymis totus permaduerit.

Credidere veteres, regis & principis non esse lachrymari, imo lachrymas sceptro & mari crudelitatem esse indignas; hinc Alexander Macedo vanitatis & fumi cupidissimus, poterat quendam neci addixit, quod adeo lugubre ac funebre drama exhibuerit, regem ut in theatro ad lachrymas coegerit, indignum siquidem, & indecorum putabat, regem in fletum resolui. Et sane habent impi & magnates corda ferrea & viscera ad duritatem & ferociam edocta: *visteta impiorum crudelia.* Prover. 12. Hinc Amos Propheta olim quidem ouium Amos 6.

pastor, at deinde in Dei ludo orator disertissimus aduersus opulentos & primates ex clamat, *Va qua opulentis estis in Sion nihil compatiabantur super contritione Ioseph.* Ceterum in eam hanc & vanam opinionem Christus hodie refellit, ac re ipsa ostendit, fletum & sceptrum, lachrymas & diuinitatem optimæ inter se conuecere & vna in sede morari posse, nihilque ita decerte Principem quam pietatem & commiserationem, cuius testes ipsa sunt lachrymae.

*Videns ciuitatem fleuit super illam;* ô lachrymæ sanctissimæ lachrymæ, quæ mundi gaudia docent contemnere & risum vitae huius irritidere, idque ex mente ecclesiastici, Rism, inquit, reputavi errorem, & gaudio dixi, *Quid frustra decipieris?* Rism, ecce, errorem nuncupat, & gaudium esse putat decipulam: eo quod decipiuntur & errant, qui in hoc mundo gaudia consequantur: & qui risum aucepantur, in vita huius praecpta decretaque impingunt & errant. Alio autem loco dominum funeris ac lachrymarum superbis ac regieis præfert conuiuus, *Melius est ire ad Eccles. 7.* domum luctus, quam ad domum coniugij. Ipse quoque Dominus in Euangelio ait, eos lachrymaturos aliquando, qui modo rident & gaudent. Iacobus Apostolus ait risum in *Luc. 6.* lachrymas conuertendum; *Risus vester in Iacob. 4.*

A a

luctum

Quater  
Christus  
fuerit.  
Cap. 7.  
Iacob. 11.  
Hebr. 3.

Lib. 1. c. 1.

specie  
pcus

*luctum conueretur. Denique nullo Euange-*  
*lii loco repertis Christum risisse, at saepius*  
*plorasse, ac perpetuum quodammodo Hera-*  
*clitum egisse.*

**Deus po-**  
**tius offere**  
**misericor-**  
**diam, quā**  
**exerceat**  
**iustitiam.**  
**Deut. 20.**

*Videns ciuitatem fleuit super eam. Solet*  
*Deus misericordiam prius demonstrare, quā*  
*iustitiam & rigorem exerceat, & lacrymas*  
*benignitatis & compassionis virginis iustitia*  
*præmittere: hue traham præceptum illud*  
*quod Israelitis olim Deus dedit, dum vr-*  
*bem aliquam essent obsecrui, si quando ac-*  
*cesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres et*  
*primum pacem: si acceperit & aperuerit tibi*  
*portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur*  
*& seruieret tibi sub tributo; sin autem foedus ini-*  
*re noluerit, & ceperit contra te bellum, oppugna-*  
*bis eam. Idem Deus omnino cum hominibus*  
*agit, primo namque iis pacem offert &*  
*misericordiam, qui vero pacem repudiant,*  
*aut qui eadem abutuntur, tandem corripit*  
*ac meritis suppliciis castigat. Semper igitur*  
*misericordia iustitiam præcedit. Sed illud*  
*inter utramque virtutem discrimen est, quod*  
*misericordia derit gratis, iustitia vero non*  
*nisi de meritis præcedentibus: adeo ut,*  
*si quando Deus misericordiam demonstrat,*  
*non semper, prævia respiciat merita recipi-*  
*entium; iustitiam vero exercens, crimina*  
*præcedentia semper intueatur.*

*Hoc designatum putauit Clemens Ale-*  
*xandrinus in columna illa lignea & nube, que*  
*filios Israel in deserto Sinai deducebat, ne*  
*forte errarent, aut de via deflectentes in ho-*  
*stes improviso incidenterent, Nubis enim est*  
*refrigerare, atque a solu astu & ardore protege-*  
*re; ignis vero contra comburere atque vastare,*  
*quos ergo nubes non souer, ignis vafiat, & ideo*  
*quiisque reicit umbram refugientem, ignem*  
*seniet comburentem. Iustitiam itaque miseri-*  
*cordia semper antecedit, quod & Christi la-*  
*crimæ hodie denotant.*

**Vna manu** *Videns ciuitatem fleuit super eam. Lacry-*  
**Deus pec-**  
**catores pu-**  
**nit altera**  
**protegit.**  
*matur quod cladem & exterminium vide-*  
*ret, quod vrbi huic esset aliquando immis-*  
*situs. Vno oculorum lacrymas, & alio iram*  
*& flagellum ostendit: manu dextra gratiam*  
*& indulgentiam præferit, sinistra flagellum*  
*& supplicia. Vna peccatores defendit ac*

protectit, altera castigat & corripit: quo ali-  
*lus patientiae typus Iob, Quis mihi, inquit, lib. 14.*  
*hoc tribuat, ut in inferno protegarme, & ab-*  
*seconde me donec pertranseat furor tuus. Do-*  
*ctissimus ac religiosissimus Titelmannus de*  
*extremo hoc intellexit iudicio, quasi pa-*  
*dus ac tremens diceret, vtinam tristi illa ho-*  
*ra, ne irati iudicis vultum minas spirantem*  
*cogarintucri, liceret abscondi; sepulchri cer-*  
*te latebiis me occultarem, donec iudicis ri-*  
*gidissimi furor & indignatio pertransisset,*  
*cum tamen aliquando me in resurrectione*  
*illa vniuersali resurrectrum sperem.*

*Subtilis Nicetas aliter exponit, & hunc <sup>Nicam.</sup>*  
*elici posse è Prophetæ verbis sensum putat,*  
*satus mihi foret, Domine mori, quam diu-*  
*tius in misera hac vita commorari; & sine*  
*si mihi daretur optio, malum mortuis acci-*  
*dere, & sepulcrum ingredi, donectus, ó*  
*fumme Iudex furor & indignatio pertrans-*  
*eat, modo mihi tempus certo concedas,*  
*quo me in vitam revocatus es. Quis de-*  
*mum verus & germanus sensus sit, non ma-*  
*gnoperelaboro, sed efficere volo, Iob Dei*  
*iram metuentem non alium tamen patro-*  
*num eligere, quam eum ipsum quem metu-*  
*it; & quem videre metuit, ab eodem abscondi & celari perit.*

*Profecto una manu in creaturas sevit*  
*Deus, & altera protegit ac tuerit. Quod*  
*in propitiatorio ad oculum expressum vi-*  
*deo, in quo Deus in medio Cherubin con-*  
*fidebat; propitiatorium autem cooperio-*  
*rum erat Arcæ, in qua legis tabula affluua-*  
*abantur: denotatur hic namque à diuinam dia pecca-*  
*torum leges & peccata tegi, ne forte à iu-tores abf-*  
*sti ia videantur, quæ penas deinde & sup-cōdit, ne à*  
*pliū depositat. Quo respiciens Propheta iustitia vi-*  
*ta regius ait, Beati quorum remissa sunt ini-*  
*quitates, & quorum testa sunt peccata, & E. Psal. 11.*  
*zechiel, Expandi amictum meum super te, & Iisaias 38.*  
*operii ignominiam tuam, item Iaias, pro-*  
*cisti post tergum tuum omnia peccata mea.*  
*Diuina igitur misericordia tegit peccato-*  
*res, ne à iustitiae rigore videantur; quan-*  
*do vero in apertum veneri, & suppliciis*  
*addicti fuerint, D e v s clementia plen-*  
*nus plorat & gemit, quod reipsa hic vi-*  
*dere est, Videns ciuitatem fleuit super eam.*

Male-

Maledicæ vrbes, quæ Saluatori meolacrymas excititis. Nusquā inuenietis Christum super pagos, aut oppida fleuisse, sed super vrbes, quod profecto notatu dignum, tanta quippe in vribus mala fiunt, ut Dei filium ad flevum cogant. Fleuit, atque ita declarat, se futura scire & inimicos diligere, ut ait Euthymius. Fleuit, vt ostendat, ut quidam pie meditatur, quam graue ei sit in homines facire, licet etiam meritis eos suppliciis afficiat. Vnde apud Isaiam, *Hes* consolabor de hostiis meis, & vindicabor de inimicis meis, dicit heu, quæ dolentis est in terieatio, declarans quam ei displiceat & graue sit, iustitiam exercere & vindictam. Fleuit, ait alius quidam, vt cætitatem & misericordiam peccatoris lacrymis dignam esse declararet; idque ex mente Sapientis: *Super mortuum plora, deficit enim lux eius, & super fatuum, plora, deficit enim sensus eius, & flevit super eam*, Hebraica phras; nostra, propter eam, iuxta illum locum Leuitici, Et stuperbunt super eam inimici vestri, id est, propter eam, quid amplius? fleuit, ut meum quoque proferam iudicium, ut homini pudorem incutiat, quod eius solius causa Deus lacrymetur, cum cæteræ ei creature gaudiu & voluptatem adferant obediendo. Vnde Psaltæ: *Latabitur Dominus in operibus suis*. Gaudet scilicet creator & plaudit, omnes dum creaturas ad iussa accipienda vider promptissimas; hominem vero refractarium ac contumacem mandatis reluctari. de solo quoque homine dictum fuit olim: *Pœnitet me fecisse hominem; & ob solum hominem fleuit hodie, fleuit inquam ob peccata illius, ob reprobationem, & instantem ruinam. Videns ciuitatem fleuit super eam.*

*Deus illibet vin-dictam ex-eret.* Hoc cogites velim iracunde & æstuans, non esse Deum in vindicando similem hominibus; gaudent namque hi & sibi quasi de præda capta gratulantur, dum in inimicos insurge, deque iis vindictam capere licet; Christus vero è contra dolet & lacrimatur videns aduenisse tempus quo de integrata Ierosolyma vindicta sumenda esset. Perpendit hoc nomine verba illa Isaiæ, in quibus Deum loquentem inducit, *Hes* con-

*solabor super hostiis meis, & vindicabor de inimicis meis.* Perspectam quoque illius consuetudinem habebat Tobias dum ait: *Tob. 2.* Non delectaris in perditionibus nostris, quia & in Genesi, dum tristem illam & funestam sententiam de terra diluvio dispersa pronuntiaret, dolens & inuitus protrulit: *doloris cordis tactus intrinsecus*, quod *Genes. 6.* perpendens sanctissimus Iob, & demiratus, cur adeo in se fleviret & insurgeret, ait: *Nun-  
quid oculi carnei tibi sunt, & sic visus videt ho-  
mo, tu vides?* Homo namque inimicum respxit, de eo ut vindictam sumat; Deus vero magna prius cum misericordia eum intuetur ut hac eum ratione in viam reducat, animaque illius *salutem* procuret.

Quam egregios autem mihi producunt *V.* conceptus dulces illæ Christi lacrymæ, Concep-  
torum hic primus est. Docent nos illæ prius è la-  
primo, quot quantisq; lacrymis sua quem-  
libet deflere oporteat delicta, cum Chri-  
stus tam amare deplorabit aliena. Et profe-  
sto lacrymis peccata digna sunt, neque e-  
nim ad eadem cluenda aquam suggestur  
sacra monumenta, quam fontem lacryma-  
rum. Vnde in Ezechiele: *In quatuor hora  
ingemuerit peccator omnium iniquatum e-  
ius non recordabor.* Ipse quoque Dominus,  
cruce grauatus dum ad Caluaria montem  
ascenderet, viso filias Ierusalem lugere, &  
oculos lacrymis habere suffusos, easdem  
consolatus ait: *nolite fovere super me, qui pec-  
cata non admisi: sed flete super vos, & filios  
vestros, qui peccata admisisti, quæ lacry-  
mas merentur.* Sanctus quoq; Petrus in *Luc. 22.*  
vt Dominum negando peierauit anathema-  
tizavit; exiit foras & flevit amare, & statim  
benigno illum oculo Christus respexit, &

*Lacrymæ* illi prius quam aliis à resurrectione apparere  
voluit.

Omnis Oceani vnda ne scintillam qui-  
dem purgatori ignis, possent extinguiere, medium,  
& vnica ecce lacrymula ad ipsam penitus Simile.  
extinguendum sufficit. Domum depa-  
cente flamma aliud non adhibetur reme-  
diu, quam aqua: ita anima concupiscen-  
tiæ ardoribus æstuante, non alia ad suffo-  
candum incendium & flammam compe-  
scendam suppetit via, quam lacrymas  
*Aa 2 iniice-*

iniicere pœnitentia. Tunc affulgere serenitas solet, cum nubes turgidæ in aquas resoluuntur & terram rigant; sic & spiritus malaciam inducit & serenatur, cum obscura & caliginosa peccatorum nubes disrumpitur, & animam exonerans in lacrymas & fletum penitus resoluitur.

*Aliorum.* Alter est hic: Dei filius lacrymans hominem peccata et num filios docet, tam aliena quam propria iam plo. esse deploranda peccata: quod se fecisse testatur ad Römianos Apostolus, *Tristitia mihi magna est & continuus dolor cordi meo, opribus enim anathema esse à Christo pro fratribus meis.* & in alia Epist. auditio, Corinthi aliquos grauiter in Deum peccasse, ira dolet & tali affectus est tristitia, ut lacrymans dicaret, *Nam ex multa tribulatione & angustia cordu scripsi vobis per multis lacrymas, ut sciatis, quam caritatem habeam abundantiam in vobis.* quod quia Christiani hodie negligunt, & de aliorum peccatis ne hilum laborant, merito conqueritur Augustinus, suntne in te, Christiane, viscera compassio*nis*, qui plangis corpus a quo recessit anima, & non plangis animam a qua recessit Deus? Propterea de anima iusti in cantis dictum existimo. *Oculi tui sicut piscina in Hesebon, semper aquam emittentes.* Equis, obscero, Christianus hodierna potissimum die, qua hæretici Ecclesiam pessum dare satagunt, tot per vrbes & regna scelerâ inualescunt, tot iniustitiae per palatia & tribunalia dominantur, tot in Capitulis simoniz regnant, non dolent, suspirant, lamentantur ac cum Ieremias fleat dicens, *Quis dabis capiti meo aquam,* & oculis mei fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte?

Sed heu paradoxa! soli hodie Religiosi quique in monasteriis & claustris delitescent, scandala mundi deplorant, publicas illas abominationes & pestes & peccata geomunt vulgi; scelerum auctoribus ne hilum interea solliciti; Religiosi inquam soli pœnitentiam agunt ob aliena peccata, & rei lasciuunt, nouaque sibi etiam onera impo-nunt. An non laborantibus nautis & clamanibus, fluctibus circumquaque tumescientibus, ventorum procellæ longelateque per mare desertaiente, mercibus quoque in-

aguas deiectis, solus in catina dormit lo-  
nas? Clamauerunt viri ad Deum suum, & mi-  
serunt vase que erant in naui in mare, ut al-  
leniaretur ab eis, & Ionas descendit ad interi-  
ra nauis, & dormiebat sopore grani. O rem no-  
uam! ecce, qui tempestatis non erant causa;  
laborabant, discursabant, sudabant, ut nau-  
um immunem conseruerent; & Ionas, ob  
cuius peccata tempestatem hanc excitata;  
Deus, non laborat, sed in vtramq; securus  
aurem dormitabat. Ira quoq; in mari mun-  
di huius viuunt mortales, peccatores enim,  
ob quorū delicta sæpe Deus immitteret tem-  
pestates solet, sine illa anxietate dormiunt,  
iusti vero & probi, qui nullius criminis rei  
sunt, in monasteriis & claustris plangunt &  
pœnitentiam agunt.

Dócent quoque nos lacrymæ Christi ob Pecca-tum Ierosolymæ peccata eiusque desolationem ruinam plena effusa, quantis digga sit lacrymis ac planctu randa, ruina & vastitas quam animæ affere pecca-tum solet. In primis namque æternæ illam damnationis ream constituit, vnde pecca-torum quedam compellans in Actis Petrus ait, *In felle amaritudinis & obligationis peccati video re esse.* infinitam includit malitia; quod Dei graciæ evertat, quæ meritorum Christi premium in se comprehen-dit; de qua loquens Apostolus: *Empti enim I. Cor. 6. estu prezzo magno.* Nordanum hic igitur est, nos, cum delictum letale committimus; non modo, ut velut diuinorum mandatorum transgressores & diuina maiestatis laix rei puniamus, mereri; verum etiam ut diuino rum thesaurorū, & pretiosi sauginis Christi eiusque gratiarum dissipatores, ipsum inficiantur est mali, quod infinito nos pruet bono. Deū pellat, eumq; quantum potest, contristet: si enim in Deū cadere posset tri-stitia, ipsum profecto peccatum infinitum ei dolorem affret. Hinc Apostolus ad Ephesios ait, *Nolle contristare spiritum sanctum Dei:* non quod credere oporteat, spiritum sanctum tristitiae capacem esse, sed innuit solummodo. Apostolus, nullo pacto crimine ullum admittendum esse: nam ipsum, in quantum potest, spiritui sancto dolorem adferit, & quanvis nullum ille in se ob hoc tristitiam aut aculeum sentiat, fieri hoc diceb-

dicendum est: quod nullus in eum dolor  
cadere queat.

At in primis feras ille tyrannus D E V M  
animæ pellit imperio, eumq; fugat; si quis  
vero qui hoc fieri possit, perat, cum infinita  
Deus sit potentia; respondebit meo no-  
mine Scotus, & Theologiae terminis di-  
cit, gratiam à peccato fugari non effecti-  
ue, non formaliter, sed de meritorie, nulla  
enim vis est quæ cum effectu repellat, sed,  
ut dixi, de meritum. Iacob cum firmiter se-  
cum statuisset à socero Laban recedere, hanc  
cessus & abitionis sua causam allegavit  
vixibus: *Vide faciem patris vestri, quod non  
sit erga me fecis heri, & nudi superius.* Idem  
omnino peccator, tecum agitur, quia enim  
faciem Deo mutas, & cœtum ab illo pec-  
cando auertis, per demerita ab anima illum  
repellis. Ecce quartum.

Christus forsitan urbem Ierosolymitanam  
defleuit, ut amore suum & affectum, quo  
in patriam erat, ostenderet & testaretur: Iu-  
dæus enim cum esset, & Ierosolyma totius  
Iudææ Metropolis; illius cladem præaugu-  
raos, commotus amore quodam natali in-  
gemiscit, & in signum doloris compassionis  
infinitam lachrymarum vim effundit.

Nemo nostrum est Auditores, qui non  
naturali quodam in patriam affectu sit, vt  
non modo illius casu & clade ingemisca-  
mus, sed sanguinem eiam & vitam ob il-  
lius incolumitatem, profundere non ve-  
reamur, quod historiis cum prophaniis tum  
sacris manifestum fiet. Codrus rex Athé-  
niensium, auditio Deos non aliter patriæ  
pacem ac tranquillitatem polliceri, nisi  
mortem rex occubuisse, eidem quam  
promptissime se esse obtulit; vtique facilius  
ab obuio quoais occideretur, mutato ha-  
bitu hostilia ingressus est castra. M. Cur-  
tius eques ille Romanus, quo patriam dif-  
ficiunt eiudicissimo eriperet, eidem se esse  
vltro devouit, & in baratum armatus in-  
silit, atque ita voluntaria & vtronea vita  
sua hostia deorum indignationem suscep-  
lit. David rex, vt & sacrum quid tangamus,  
solo patriæ amore inductus, Poili-  
shæum aggressus est, & præsentissimo vi-  
tam discribimus exposuit; mo nec mulieribus

hic in patriam affectus desuit, pulchra nam-  
que Iudita, nullo metu perculsa, nec peri-  
culo palefscens, hostiles acies perrupit, vi-  
tam amittere parata, modo patriam in liber-  
tatem affereret & ab excidio defendere;

Fuere sane nonnulli qui tanto erga pa-  
triam & terram nativitatis affectu fuere, vt historia  
cum vitam & fortunas integras conseruare de amore  
potuerint, ob patriam tamen illa quodam- in patria.  
modo prodegerint, & eidem postposuerint.  
inter quos fuit L. Sylla hoples, cuius cum  
patriam Prænestine violenter Sylla oppressis-  
set, & omnes occidi mandasset, hospite ex-  
cepto, cui ob sacra hospitii iuta parcebat; at  
ille generose & libere respondit solo in pa-  
triam amore & affectu inductus: *Nolo pa-  
tria mee extinctori debere vitam:* quo dicto  
in confertissimam Sylannorum manum se-  
se coniecit, & in medios vltro ruit gladios,  
atque ita patiæ vitam dedicauit obtru-  
catus:

Veteres, vt refert Cartharius, cum Cybe  
læ (per quam terram designabant) turritam lib. de ima-  
coronam imponerent, quod scilicet urbes gen. deo-  
turribus manitæ in terra essent sitæ; & illam ca. de Ce-  
curredi insidentem, plurimis stipatoribus rere.  
circumdatam, & à leonibus mitibus feri-  
tatemq; exuris vectam, fingerent; aliad cre-  
do nihil denotare voluisse, quam non ciues  
modo ob patriam defendendam arma in-  
duere, at ipsos etiam leones, reges inquam  
& Principes, patriæ salutis, bonique publici  
esse debere quam studiofissimos.

Huc traho quod de Atheniensibus refert In Emble:  
Alciatus, verum apud illos nobilitatis sym-  
bolum fuisse cicadam vel locustam silue-  
strem, quod animalculum hoc eo in loco  
moriatur, in quo vitam accepit, & ne solis  
quidem ardore superfluante recedat. De-  
notare volebant, nihil esse, è quo melius ve-  
ra animæ nobilitas dignosci queat, quam  
nunquam patriæ finibus emigrare nec in vi-  
ta nec in morte eandem deserere, omnē potius  
fortunæ aduersitatem in eadem sustinendo.

Ceterum vehemens hic amor commu-  
ni obligationi qua patriæ carissimæ in qua-  
nati sumus, & è qua esse & vitam accep-  
imus, deuincti sumus, innititur. In huic  
symbolum ait Plinius veteres terram

magnam appellasse matrem confucuisse, & pueros mox ut in lucem editi essent, in terram velut in gremium matris carissimae solitos dimitti: terram siquidem dicebant, quasi ter bonam, quod suam erga hominem bonitatem tertio ostendat; primo in natiuitate illos excipiendo; deinde tuto vite tempore, eisdem educando; ultimo denique in geminum suum post mortem admittendo.

Et profecto tam vehemens & efficax patriæ amor est, ut & filium Dei, Ierosolymitanam cladem præsidentem ad lacrymas compulerit. Cuius rei luculentam in Davide rege figuram intueor, qui psalmo quinquagesimo Miserere mei Deus, delictorum veniam postulans, patriæ statim sua mentionem subiicit, eiusque conseruationem petit: cum vero perspectum haberet ob peccata, ac præsertim Principum, Deum in ciuitates facire solere subiugavit: *Liberame de sanguinibus Deus, Deus salutis mea.* qua oratione non delicti modo sui remissionem postulat, sed salutem etiam & conseruationem totius vrbis, ne forte ob illius delictum vrbs quoq; aliquod discrimen subiret. ideo namq; subnectit: *Benigne fac Domine in bona voluntate tua. Sion, vi adficietur muri Ierusalem:* ac si dicere voluisset; mecum ipse constitui Domine, muros Ierosolymitanos restaurare, ac regiam illâ templi molem exstruere, in qua tibi victimæ & libamina offerantur. at quoniam scio, ob peccata, ac præsertim regum & Principum, resp. & ciuitates, destrui & funditus euelli solere, enixè à te contendeo, ut misericordem te præstes, & tam mihi, quam miserae huic vrbi parcas.

*Exhortatio ad lachrymas.*

Fleuit ad hæc Dominus, quod iniquitatem & iniustitiæ præuideret, quæ hac in urbe aliquando exerceretur, ob pestiferam illam inuidiam, & conspirationes quas in Messiam ciues aliquando machinarentur, & quod certo sciret, omnia hæc illius fore causam cladis & excidii. Hæc tria scilicet erant, quæ sub Christi nomine metuit olim Salomon: *A tribus timuit cor meum, & à quarto facies mea metuit, deleturam ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem.* Lis siquidem ciuitatis, calumnia

mendax, & plebis coniuratio, tria sunt adeo Triadæ periculosa & noxia, ut ipsis eriam regibus, & magna morem incutiant. sunt tres bestiæ noxia quibus quidam vrbes ait delectari. *Pallas* *vrbiuum domina tribus immanissimis bellis delectaris, noctua, dracone & populo.* per noctuam, luminis inimicam, & in tenebris semper volitante, ignorantiam intelligo, per virulentum draconem, qui visus est perspicacissimi, inuidiam: populus vero multo: um capitum bellua, seditiones designat ciuitates. tria autem hæc vrbius afferre datum & perniciem solent & quoniam Christus omnia hæc in se conspiratione præuidet in nefanda hac vrbe Ierusalem, idcirco illius calamitatem & miseriæ deflet: *Vipendæ ciuitatem fleuit super illam.*

Fleuit igitur hodie Redemptor noster: quod si cui forte nouum videatur aut indecens, imo indignum, Deum plorare; cogitet ille secum, eundem ipsum & hominem fuisse, atque ita proculdubio mirari desinet. ferunt sane Imp. quemdam Romani, tristi accepto nuncio in lachrymas pro-rupisse; at cum senatores & sui hoc ei virtio verterent, & lachrymas tanta esse indignas Insigne maiestate crederent, Philosophus quidam Philoso- forte præsens aderat, ait: *Sinite plorare, quia dignitas Imperatoria non impedit illum esse hominem.* Id ipsum de Christo Domino dicere quid verat? quamuis enim Deus sit, & cœli ac terræ imperator, homo tamea esse simul non desinet.

Verum quid hoc video, Auditores? Lo-quorne petris an hominibus? brutisne animalibus an ratione vntentibus concionor? quid? non nisi de lachrymis hic ago, neminem tamen, qui fleat intueor. Christone lachrymantem siccis vos oculos præferitis? illius singultibus & suspiris an non coniungitis vestra? & pectora ferro, ære ac marmore duriora? an non flebitis, Dei unigenitum flentem intuemini? Eia agite peccata vestra lachrymis eluite similes & aliena-deflete agros, deflete vrbes in quibus variæ clades timenda sunt.

Hæc scilicet est lectione hodierna, Domine, quam hodierna nobis prælegis die, est sancta

Sancta illa Philosophia, quam hocce edoces Euange'io. Tu etenim lacrymæ, compunctionis indicia, ac symbola misericordiæ aperi-  
tissime clamant nolle te mortem peccatoris, aut illius ruina delectari. Scio, scio natura te  
tua magis in clemétiā quam rigorem, ma-  
gis in pacem quam bellum, in misericordiā  
potius quam iustitiam propendere. Sed edo-  
cere nos voluisti lachrymas nobis esse ad sa-  
lutem necessarias, & cum tu aliena delicta &  
aliorum cervicibus impenitentem cladem  
defleas, nos nostra ac propria deflere debera.  
Hi namq; torrentes sunt, in quibus emergū-  
tur hęc monstra: mare rubrum hic est, in quo  
Ægyptii pereunt yndis obruti; diluvium de-  
nig hic, quod omnes concupiscentias terre-  
nas & impuras carnis prurigines obuiit &  
disperdit. At quoniam Domine, donum la-  
chrimarum cœlitus descendit, gratiam ob-  
secro nobis p̄sta, ut assidue nostra hic pec-  
cata defleamus, & honorum operum semen-  
tem in p̄nitentiā agro ita se in nemus, tot-  
que lachrymis irrigemus, vt tandem aliquā-  
do in gaudio & consolatione, in alterius mū-  
di solo, in quo beatitudinem nostram expe-  
ctamus, fructum colligere mereamur: quod  
præstare dignetur qui vivit & regnat cum  
Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus.  
Amen.

DOMINICA DECIMA  
POST PENTECOSTEN.

## Partio.

- I. De superbia detestatione.
- II. De oranti Pharisai fastu.
- III. De oranti gloriacione.
- IV. De precium submissione.
- V. De laudis propria amantibus.
- VI. De orantu publicani pudore.
- VII. Paræfis seu praconium humilitati.
- VIII. Encomium humilium.

Duo homines ascenderunt in templum, vt o-  
rarent, unus Pharisaeus & alter publica-  
nus. Luc. 18.

## FIGVRA.

*Yni. 40.* E Vangelicus Propheta Isaias inter alia,  
quæ in Messiæ in mundum aduentu eu-

tura prædixit, ait valles replendas, & mo-  
tes complanandos: per valles autem humili-  
les intelligit; per montes, turgidos & inflatos  
superbia. Messias igitur exaltabit humili-  
& superbos deprimeret. Cuius rei hodierno  
in Evangelio manifestum videre est exem-  
plum: in quo duos cernetis, Pharisæum in-  
quam & Publicanum, nimium quantum in-  
ter se discrepantes, unum superbie & vani-  
tatis typho turgidum, alium humilia de se  
sentientem, siue contemptorem: & con-  
cludit, postquam eorum conditions pluri-  
bus enarrasset, Evangelium, Omnis qui se ex-  
altat, humiliabitur, & qui se humiliat exalta-  
bitur. Egregium profecto argumentum, in  
quo vestro cum fructu & emolumento ho-  
dierit a expatriet concio Spiritui ergo san-  
cto supplicemus & sanctissimæ Virgini, hoc  
vt opus ille Numinis sui auxilio, haec patro-  
cino premoveant ac prouochant; quamob-  
rem flexis genibus dicamus:

## AVE MARIA.

Sublimes illi Ecclesiæ vertices, & Pattes,  
vivacissimæ virtutum omnium ac præsertim  
humilitatis imagines; superbie vitiorum o-  
mnium terribilium naturam & essentiam ac-  
curatus examinantes, & ad intimos eius re-  
cessus penetrantes, varias eiusdem commen-  
ti sunt diffinitiones ac descriptions satis ex-  
oticas. In primis Augustinus in libr. de ciui-  
tate Dei ita eandem descriptit, Superbia est Lib. 4. c. 15.  
peruersa celstitudinis appetitus: & aliter in libro  
ad Innocentium, Superbia est inordinatus a- Lib. ad In-  
mor propria excellentia quem sequitur & Ma- nocen.  
gister sententiarum 2. sent. diss. 41. Ber-  
nardus vtriusque opinioni suffragatus ita  
definiuit, Superbia est propria excellentia ap- 2.2. quæst.  
petitus. At Angelicus Doctor Thomas a. 162.  
liam tenens viam sic scribit, Superbia est que-  
dam extollentia, per quam se quis extollit supra  
id quod est ei præfixum diuina regula: alludens  
scilicet ad Paulinum illud, Nos non in immen-  
sum gloriamur, sed secundum mensuram regu-  
la, quam mensus est nobis Deus. Aliter eandem 2. Cor. 10.  
delineant alii & dicunt, Superbia est propria  
conditionis presumptuosa existimatio.

Quid.